

ti, tanto innocentis detrimento compen-
sari. Quia ratione lib. 1. disp. 10. n. 2. r. deci-
pientē fidei matrimonij promissione virgi-
nē lōgē inferioris cōditionis, quae iure op-
tīmo veram existimare esse promissionē,
non teneri eā ducere, sed alio modo aqua-
le restituere probauit: ibiq; satisfecit obie-
ctioni, quae opponi posset. Hinc infero pri-
mō, hunc innocentē petentē debitū à con-
iuge adulterō, animo non cōdonandi, so-
lius venialis culpae reum esse. Quia nullus
momenti est detrimentū illa fisione illatū.
Adulter enim eandē libertatē non reddē-
di in posterū retinet, nisi innocēs adulte-
riū condonet. Secundō infero, hūc inno-
centē rogatū à iudice de copula illa, vt co-
gatur nō diuertere ratione prioris adulte-
rii, quasi illud iā condonatum sit: posse iu-
re iurando negare copulā. Quia verē respō-
det iuxta mentē debitū iudicis. Non enim
habuit copulam, quae sit cōdonatio, iureq;
diuortij priuē. Quod cōstat ex dictis, & al-
legatis. n. 3. Vltimō infero, An possit con-
iux innocēs eligere petere, & nō reddere.
Qua in re allegauit. nu. 20. do. Arina. D. Bo-
nau. & Soti. iā negantiū, consentiūq; eō ip-
so qd petiti, teneri eū reddere. Quod quidē
admittere, quādo non haberet animū nō
condonandi, tunc enim esset ueta adulterij
cōdonatio, & deinceps maneret astrictus
ad reddendū: secus existenti eō animo nō
cōdonandi. Vt constat ex proximē dictis.
Quare nō potest eligere petere, & nō red-
dere, absq; peccato, venialis quidē, vt pro-
ximē dixi: At si eligat nolēs cōdonare a-
dulterium, tenebit factū: nec deinceps te-
nebitur reddere.

24

Tandē dicendū superest, quid in spōsali-
bus sentiendū sit. An cū post illa inita de-
tegitur aliquid vitij, vel de nouo incurri-
tur, qualecūq; illud sit, siue corporis, siue
animae, ob quod integrū sit alteri ea dissol-
uere: cōstat hic remittere, ac proinde fi-
de priorū sponalium stare obligetur, si vitij
illius cōsētus, copulā, amplexus, vel oscu-
la habeat, aliae signa amicitiae exercitio pro-
pria ostēdat. Quia in re sic dicendū existi-
mo. Si memor sponalium priorū, nec animo
fictio, nimirū, nō cōdonandi, hāc habeat,
erit cōdonatio in vtroq; foro. Vt constat
ex dictis tota hac disputatione, & maximē
n. 17. 18. 19. Eadē enim est ratio: imō nulla
iniuria aequiparari potest adulterio, quae
his actib; cōtetur remissa: imō sicut ad cō-
donatōnē adulterij per huiusmodi actus,
nō desideratur animus positiuus cōdonā-

di, sed satis est nō adesse animū contrariū:
iuxta dicta. n. 21. finētia à fortiori d. suffi-
ciet ad remissionē cauae illius dissoluendū
sponalia. Quae intelligo, quando hi actus
accidunt nondū dissolutis sponalibus, &
remittens nō immemor est illius vitij, tē-
pore illorū actus: si enim oblitus sit, repu-
bitur ac ignorans (vt etiā circa adulterij
dixi. n. 9.) Vnde si iam sponalia dissoluta
essent, non erunt remissio huiusmodi ac-
tus. In quo est differentia à remissione a-
dulterij, quae fit per hos actus post diuor-
tium etiam contingentes (vt. n. 7. probauit
mus.) Ratio autē huius discriminis ea est.
Quia celebrato diuortio adhuc manet vin-
culum matrimonij, ac sunt illi veri coniuges,
quare hi actus sunt signa amicitiae cō-
iugalīs, & animi instaurandae, ac ad pristinū
reuocandi vim illius vineuli, & recedendi
à diuortio. Sponalibus verd iam dissolu-
tis, nullum vinculum superest, nilque est,
quod remissa iniuria restitueretur. Quam-
obrem perinde est, ac si hi actus inter om-
nino extraneos, ac disiunctos haberentur.
Nec ad hanc remissionem nondū dissolu-
tis sponalibus factū, desideratur acceptatio,
sed satis est sola mente fiat (vt in ad-
ulterij remissione, diximus. n. 2.) Quia eadē
est ratio, manet enim adhuc sponalium vin-
culum, sed eius vineuli obligatio impedi-
ta est, si innocēs veli iure suo vti, quare
eo qualitercūq; cedete, cū auferatur im-
pedimentum, reuulsiū obligatio. Si autē
alter sponsus nolit acceptare hanc remis-
sionem, oportebit vt hāc voluntas nō ac-
ceptandi innotescat remittenti, & ab ipso
acceptetur. Cū enim iam sponalia sint
omnino integra, ac restaurata per priorē
illam remissionē etiam internam, vt dis-
soluantur, mutuo consensu indiget, sicut
ad sui primāuam institutionem. His adde
que dixi lib. 1. tota disp. 66. ubi hanc que-
stionē discussi, ac doctores retuli. Et quā-
tisibi, num. 3. conseruim induci remissio-
nem tam quoad diuortium, quā quoad
sponalia, per dictos actus exercitio an-
imo fictio, id est, non verē remittendi. At re-
melius perspecta existimo non esse con-
donationem iniuriā. Ducor ex ijs que hāc
disp. num. 21. articuli. An verō ob fictio-
nis iniustitiam obligetur is stare sponalibus
prioribus: perpendendum est iuxta. n. 23.
dicta. Aestimandū enim est dampnum de-
ceptoris, si sponalibus stans, matrimonij
perficiat, ac alterius, si deficiat: & seruata
aequalitate, auferet, teneat stare promissis.

Quod si notabiliter maius sit damnum de-
cipientis, satis erit si non seruata fide spon-
salium, alio modo satisfaciatur. Nec in hac
habenda est ratio inaequalitatis damni cō-
tingentis ante priora sponalia inita, &
tunc cognita. Illi enim per sponalia prio-
ra, scienter, & non fictē contracta renun-
ciatum est: sed solius disparitatis ex illo
vitio post sponalia incidenti, aut praē-
cedenti, incognito tamen, confurgenti.
Quia huic disparitatis, nec per prio-

ra sponalia, nec per hos condonationis
actus, est renunciatum: quippe qui ani-
mo non condonandi exerciti sunt. De-
mum quoties sponsus non tenetur ratio-
ne animi ficti sponalia perficere, potest
rogatus à iudice, vel ipsa, vel adus con-
donationis negare. Iuxta dicta. n. praecedē-
ti, ad finem.

Ad argumenta, num. 20. proposita con-
stat ex dictis, numer. 22. & 23.
ad finem.

DISPUTATIO. DECIMAQUINTA.

Vtrum ratione adulterij spiritualis, quod est haeresis, vel apostasia
à fide, in quod alter coniux dilabatur, liceat Catholico diuor-
tium, ac vtrique transire in alium statum: vt ad professionem: &
viro ad ordines?

SUMMARIUM.

Obalias causas quam adulterium, licitū
est diuortium. Et improbantur haereti-
ci contrarium dicentes. n. 1.

Quid distet adulterium quoad diuortium ce-
lebrandum, ab alijs diuortij causis. Et ex-
plicatur testimonium Christi Matth. 5. re-
lerum. 2. de coniug. leprosi dicentis ob solā
fornicationem licere diuortium. Et ea sola
est propria ratio diuortij. n. 2.

Qualiter ob adulterium spirituale decur di-
uortium: nec matrimonij vinculum dissolu-
tur. n. 3.

An liceat tunc diuortium quoad habitationē,
& copulam? n. 4.

An coniux Catholicus teneatur ab haeretico di-
uertere? n. 5.

An possit id propria auctoritate efficere, ita
vt haeretico denegetur restitutio. n. 6.

An Pontifex statueret possit, vt matrimonij
dissolueretur per alterius coniugis lapsum in
haeresim? n. 7.

An sit ratio huius diuortij, quod fornicatio spi-
ritualis: claudatur sub nomine fornicatio-
nis, ob quam Christus Matth. 5. concessit di-
uortium? Refertur sententia asserens. Et ge-
neraliter dictum, est generaliter intelligē-
dum. n. 8.

Improbata ea sententia, traditur ratio, cur an-
te, & post sententiam, liceat hoc diuortium.
Et qualiter possit Ecclesia nouam diuortij
causam statuerē. n. 9.

An diuortium hoc sit ex iure diuino? n. 10.

Non licet hoc diuortium ob vnum adulterium
spirituale. Et magis opponitur matrimonio
adulterium carnale, quam spirituale. n. 11.

An decur diuortium ob pertinaciā in alia exco-
municatione? n. 12.

An si coniux haereticus ante sententiam respis-
cat, teneatur eam catholicus admittere? nu-
mer. 13.

An ante sententiam possit Catholicus profes-
sionē ordinis suscipere: ita vt ab haeretico re-
spiciantur? n. 14.

An lata sententia possit Catholicus liberē di-
uertere, ac in seculo manere, religionem ve-
ingredi. Refertur. c. fin. de conuers. con-
iug. & c. de illa, de diuor. qua secum pugna-
re videntur. n. 15.

Refertur triplex sententia. n. 16. 17. 18.

Proponitur sententia Anthonis. Atq; explican-
tur, & conuincuntur. c. fin. de conuers. coniug.
c. de illa, & c. quanto de diuor. n. 19.

An ad hoc diuortium desideretur specialis il-
lius sententia, ultra illam, qua haereticus
damnatur haeresim? n. 20.

An lata hac sententia, possit Catholicus ad or-
dines promoueri? n. 21.

An ad id, vel ad professionem, exigatur haereti-
cum quosq; profertur. n. 22.

Vtrum haeretico ante sententiam respicienti,
liceat diuortium post sententiam? n. 23.

An haereticus damnatus possit abq; Catholici
licentia transire ad ordines, vel religionē:
nec repeti, si transierit? n. 24.

An vt roq; haeresis damnato: vel si Catholicus sit

adulterij reus, compensentur delicta, ita ut non sit locus diuortio remissive, nu. 25. Num copula, & alij adus coniugales, habita post scientiam heresis, ante, vel post sententiam in condonatio, ita ut amplius non liceat diuortium? Et quid, si catholicus noris heresim, non tamē adulterium heretici, vel solum adulterium noris? nu. 26.

Hucusq; actū est de diuortio ob adulterium carnale celebrando. In præsentī disputandum est, qualiter ob adulterium spirituale liceat. Remittitur nostræ ætatis hereticis Ecclesiæ carpit, quod pluribus ex causis, quam fornicationis diuortium concedat. Aduerfat enim testimonio Christi seruatoris nostri, qui Mat. 5. & 19. testatur ob solam fornicationis causam licitum esse diuortium. Quod refert Alexā. III. c. 2. de coniug. leprof. inde probans id permillum non esse ratione lepræ, qua alter coniux in ficitur. Veritas tamen Catholica est definita in Trident. ses. 24. de matrim. canone. 8. ob aliquas alias causas permillum esse diuortium quoad thori, seu quoad cohabitationem ad certū, in certum verēpus. Quod quidem fieri potest duobus de causis. Prior est, absq; crimine alterius. Vt cū gratia altioris status eligēdi, mutuo cōsensu coniuges separantur, continentia in seculo uouentes, vel ad religionē transeūtes. Vt decernitur toto tit. de cōuers. coniug. & nos diximus lib. 7. vbi de impedimēto voti, & ordinis. Posterior est, ob crimē quod est quadruplex. Primum, fornicatio carnalis, de qua egimus hoc lib. in superioribus disputationibus. Secundū, fornicatio spiritalis, de qua in præsentī est sermo. Tertiu, si alter coniux impellat alterū ad peccandū. De quo differendum est disput. 7. Quartam, scruicia alterius cōiugis. De qua agatur disp. 8.

Nec obstat huic veritati testimonium Christi Matth. 5. & 19. relatum. c. 2. de coniug. leprof. docentis non licere diuortium excepta causa fornicationis. Potest enim tripliciter responderi. Primō dictionem exceptiuam non firmare regulam in contrarium, circa casus alibi exceptos in iure. Vt latē Euerardus in suis topicis iuris, loco ab exceptione ad regulam. nu. 5. Quare ex eo loco minimē conuincitur nullam aliam causam esse diuortij, sed nullam aliam esse præter eas, quæ in alijs iuris Ecclesiastici ius diuina mexplicantis locis conti-

nentur. Quales sunt omnes, nu. præcedenti allata, quæ in alijs iuris locis exprimentur. Secundo, solam fornicationem carnalem esse causam perpetuam dimissionis, & diuortij absoluti: de quibus Christus loquebatur. (Diuortium enim non est verū, nisi quod animo constituendæ perpetuæ separationis sit. I. diuortium. 3. ff. de diuortijs.) At propter alia crimina non est licita separatio, nisi dū ea durant. Si enim coniux scius sit, aut ad peccandum alliciat cōiugem, quam ob causam hic diuertat, cessante scruicia, & inductione, instauratur matrimonium. Ita explicant Bellarminus lib. 1. de matrim. c. 14. §. 2. secunda causa est. Palacios. 4. dist. 27. disp. 3. eolum. 12. fol. 598. Ledesma. 2. p. 4. q. 61. art. 6. §. contra hoc tamen. Maldonado. c. 5. Matth. num. 32. Petrus de Ledesma de matrimo. q. 62. art. 5. in solutione ad. 1. Sed vt hæc solutio omnino verum habeat, addendum est Christum ibi loquutum fuisse de causis dimissionis inuito altero coniuge: & hinc soluetur obiectio, si quis opponat licitum esse diuortium perpetuum, quando communi consensu ambo uouent castitatem. Insuper loquutum fuisse de causis, quæ hādo in iure naturali, & diuino ius perpetui diuortij pariunt: qualis est sola fornicatio carnalis. Atq; inde respondebitur obiectiōti heresim lata sententia esse causam perpetui diuortij (vt dicemus. n. 19.) Nā hæc causa habetur ex solo iure Ecclesiastico, in criminis poenam (vt dicemus, num. 9. & 10.) Nec dicere ibi loquutum fuisse Christum de heresi includendo eam tanquam fornicationem spirituale sub fornicatione, satis facit. Id enim num. 9. impugnabimus. Tertio, & melius dicimus Bellarminio eodem cap. 14. §. dicendum est. Maldonado eodem, nu. 32. & Valentia in suis controuersijs, lib. vnico de indissolubilitate matrimonij cap. 6. bifariam intelligi posse, vt coniux à coniuge dimitti possit. Priori modo, quatenus coniux est, id est, ita vt causa dimissionis sit perita ex ipsa mer coniugij natura, sitq; propria, & peculiaris ratio solius matrimonij. Et hoc modo sola fornicatio carnalis est causa diuortij, & sic loquutus est Christus de causa diuortij. Sola enim fornicatio carnalis fidei coniugali, & substantia ipsius matrimonij opponitur. Posteriori modo, vt persona quadam est, cuius consortium contingit alteri esse permittosum. Sicut etiam possit accedere inter alias personas

simul

simul habitantes. Et hoc modo multa alie cause possent accedere, ob quas ius diuini naturale causa incolumitatis corporis, vel animæ, à coniuge discedere cōcedit. Quæ rationes communes sunt matrimonio, & alijs cōcederationibus. Quippe ob heresim, aut aliud periculum, etiam inter parentes, & filios, fratres, & quacunq; familiaritate coniugios recessus licet. Atque hinc inferitur ratio, cur ob fornicationem cōcedatur diuortium perpetuum, ob alias, tamen, causas solum ad tempus, quo durant. Quoniam causa in fornicatione est ex ipsa coniugij natura, cō quod fides promissa est violata, & cōm hæc sit perpetua, ita & dimissio. Carere autem causa: cum non sint ex natura ipsius coniugij, non sunt perpetuæ: ac proinde tantum dum ipse permanent, permittitur diuortium. Solum superest serupulus, num. præcedenti tactus. Nā admissis his expositionibus, malè probat Alexā. III. cap. 2. de coniug. leprof. ex eo textu Euangelij, non licere à leproso coniuge diuertere, dum morbo illo laborat. Facilis enim esset responsio, ibi agi de ratione peculiari, & propria contra hunc matrimonij, & quæ est, causa perpetui diuortij, atque ita solum concludi humilimodi, causam non esse lepram: non autem non licere ad tempus durationis morbi diuertere, debitūq; negare. Quod inde Pontifex probare intendebat. Sed die supplendum esse in eod. cap. 2. solam fornicationem esse causam perpetui diuortij: & solum periculum animæ, vel corporis, diuortij temporalis. Quod etiam non imminet ex redditione debiti leproso, nec ex cohabitatione (quando enim adest periculum infectiois lepræ, non intelligitur is textus, vt probauit lib. præcedenti, disput. 24. numer. 17. & 29.) Atque ita benè probatur lepram non esse iustam diuortij etiam temporalis causam.

Hæc ergo veritate Catholica præmissa nimirum, licitum esse diuortium ob alias causas, quam fornicationem carnalem. Præsens disputatio postulat, an inter has diuortij causas numeretur adulterium spirituale, quale est heresis, vel apostasia à fide, in quæ alter coniux labitur. Et quidē numerari inter has causas, dum coniux ille in ea lapsus crimina non respicit, est cōcors omnium Doctorum sententia, quos tota hæc disputatio referam. Idq;

constat. ex c. finali, de cōuers. coniug. & c. 2. & c. quanto, de diuort. c. non solum 28. q. 1. & c. idolorria, eodem. 28. q. 1. Et ex. D. Paulo ad Titum. 3. vbi. *Hereticum bonum postquam, & secundum correctionē dereliquit.* Vbi Apollolus de omnibus generaliter loquitur, nec coniuges, aut pæcetes excipit. Et quæ sit. c. 2. de illuor. vbi cōceditur Catholico diuertere, sermo sit, quādo hereticus potuerit, tere. quitur Catholice: atq; ita hūc casum intelligunt Ledes. 2. p. 4. q. 61. ar. 6. sine, & Gutierrez. q. canon. lib. 3. c. 17. n. 37. At reuera idem est vbi cōceditur periculum perueniendi. Quia eadem militat ratio, nimirum, cauendi animæ periculum. Quod cōstat ab heretico coniuge pertinaci, & præcipue si alium pertrahat. Et sicut dicitur in c. 19. Math. q. 70. neget licere diuortium, eo periculo minimè imminenti. At non est cur id expectetur. Casus enim est metaphisicus, & idēd semper ad periculum subesse confendum est. Vt benè docent Sorus, & Bartholomæus à Ledesma proxime citati. Nam ad eum nimia familiaritate eorum, quibus cum frequētes sumus, pessimi mores trahuntur: vt merito talis quisq; presumatur, quales sunt ij quorum amicitia. Vt multis allegatis docet Traquellus. l. 1. c. 2. de cōnubiali. n. 29. Vnde emanauit diuortium illud Catonis, relata à Glossa, l. adiles etiam. 25. verb. conseruato. ff. de a dililio edicto. *Ambula cum bonis, mores enim à cōiunco firmantur.* Nedum ex cōsuetudine, & familiaritate coniugali id periculum merito sempertimendū erit. Vinculum tamen matrimonij minimè per heresim soluitur. Quæ veritas catholica definita est. c. 2. & c. quanto, de diuort. & in Trident. ses. 24. de matrim. canone. 7.

Limitant aliqui (vt referunt Hostien. & Ioan. And. Barin alleg. 64.) vt liceat diuortium ratione heresis, quoad mura obsequia, & habitationē tamē quoad debitū. Eo quod Christus solā excepit fornicationē carnalem. At dicendum est quoad omnia esse licitum diuortium. Si enim debicum redderetur heretico, ex familiari-

Bbbb 3 tare

tate immineret idem periculum catholico. Item quia frustra tolleretur cohabitatio non sublato iure petendi debiti: cogitur enim in id redē catholicis ad quādam cohabitacionem, si alteri quandoquē petenti cogatur reddere. Deinde, quia. e. 2. de diuortijs generaliter, & indistincte asseritur licere catholico separari. Et subditur non dissolui matrimonij vinculum. Quod si textus intelligeret de sola separatione quoad habitacionem, manente obligatione reddendi debitū: superflue adderet non dirimi vinculum. Id enim in dubiū vocari minime posset. Cū illa debiti redditio sit actus matrimonij. Atque ideo hoc sufficit Host. c. 2. n. 1. de diuort. Et ibi Ioan. Andr. n. 2. Anton. nu. 8. Abbas fin. Cardin. n. 1. Anchar. nu. 2. Alexander de Neuo. n. 7. Præpositus. n. 2. Rosella, verb. impedimentum, impedimento. 9. n. 9. Abulen. c. 19. Matth. q. 70. Franciscus Marcus decisi. 529. n. 6. p. 2. Barbosa rubrica. ff. de luto matri. p. 2. n. 23. paul. post principium. Enriquez lib. 1. de matri. c. 17. n. 6.

5 Imo tenetur coniux catholicus diuertere ab hæretico nolenti respicere. Ius enim nature obligat cauere proprium animæ periculum: in hoc autem euentu grauisimum imminet. Ita Astenfis sum. 2. p. 1. b. 8. tit. 2. artic. 1. q. 14. Palacios. 4. d. 35. disp. vnica. eolum. 7. vers. porro in gratia, folio. 78.

6 Potest autē Catholicus propria autoritate recedere à coniuge hæretico non respicienti, nec concedetur restitutio hæretico spoliū alleganti, obiecta sibi heresis exceptio. Quod ob periculum conceditur. Sic tradunt Anton. c. de illa. n. 2. de diuortijs. Præpos. n. 1. Alexander de Neuo. n. 3. addens (& bonē) quauis hæresis nō sit notoria. Et colligunt id ex eo textu, à contrario sensu, ibi. De illa que viro suo labente in heresim, ipsius consortium sine iudicio Ecclesie declinauit, videtur nobis quod mulier ei eā reuersus fuerit, & reddenda. Ergo à contrario sensu dum non reuersus fuerit, est deneganda restitutio. Nec audiendus est Abulen. quic. c. 9. Matth. q. 72. in fine corparis, ait desiderari autoritatem Ecclesie ad hanc dimissionem, aliā restitutionem esse concedendam coniugi spoliato.

7 Nec desunt qui asserant posse Ecclesiam in penam hæresis statuere. vt matrimonij vinculum dissoluat per lapsum alterius coniugis in heresim. Quia matrimonij indissolubilitas iure Ecclesiastico, per alte-

rius conversionem, altero in sua perfidia persistente: ex solo flatu Ecclesie, in quo Pontifex dispensare potest, constituitur differentia inter matrimonium fidelium, & infidelium. Et ideo hoc sustinent Hostiensis cap. ex parte. el. 2. n. 3. super verbum. ratur. de conuers. coniug. & ibi Ioan. Andreas; num. 3. Brunellus de sponsalibus, conclusiōe. 30. declaratione. 5. numer. 8. addit Ioan. Andreas hoc maximē esse verum, si matrimonium nondum consummatum sit. Sed merito ab hac sententia quantum dubius recedit Abbe. c. ex parte. nu. 7. & non dubitans Barbosa rubrica. ff. de solu. matri. 2. p. ubi. 19. Et ideo dicendum est, si matrimonium sit iam consummatum, esse propterea saluam hanc sententiam: vt ostendimus lib. 2. disp. 13. n. 11. vbi. n. 1. diximus ex Christi dispensatione dirimi matrimonium infidelium per alterius conversionem. Si verō matrimonium sit ratum, est probabile id posse Pontificem. Vt dixi in simili. lib. 2. disp. 14. n. 3. at verius est nō posse, vt ibi dixi. n. 4.

8 Quamuis autem Doctores vniuersi admitterent dari diuortium ratione hæresis: at circa rationem huius reddendam discrepant. Quidam enim existimant eam esse: quia est fornicatio quādam spiritalis (licet enim cætera crimina appellentur fornicationes spirituales: at heresis potissimē talis dicitur, eō quod prima de spoliatio fiat eū Deo per fidē. Iuxta illud Osee. 2. *Responsa bo te mihi per fide.* Que per heresim violatur. Et ideo. D. Aug. lib. 2. de adul. coniug. & habetur. c. nō solū. 28. q. 1. iuncta gloss. verb. simul. ac hū. idoloratrii per quā à vera fide receditur, specialiter nomine mœchiā appellat.) Vnde dicitur hi DD. dū Christus Matr. 5. & 19. concessit diuortium fornicationem, nomine fornicationis, carnalis, & spirituales comprehendit. Probaturque, quia Christus generaliter de fornicatione loquutus est. At generaliter dictum est generaliter accipiendum capit. 2. de coniug. lepro. vbi Glossa, verb. generalis, multis id exornat. Et cum Christus neutram fornicationem exceperit, vtraque est comprehendenda capit. quia circa, de priuileg. ibi. *Cam nihil exceperit, & potuerit exceperisse.* Deinde, quia si Christus de sola fornicatione carnali loquutus esset, ob solam eam concedens perpetuum diuortium, non posset Ecclesia, vt pote que supra ius diuinum nulla fungitur potestate, illud ob heresim concedere. Vt docent

Abulen. cap. 19. Matth. quæst. 70. in solutione ad. 2. Veracruz. 3. par. Speculi, art. 1. in probatione secunda tertij conclusiōnis. Hac enim ratione, hoc lib. disp. 5. in fine, probauimus non posse Ecclesiam restringere coniugibus facultatem diuortij ob adulterium celebrandi, sed solam declarare casus iure ipso naturali, & diuino exceptos. Et ideo huius sententiæ est aperiēt. D. Aug. lib. 1. de sermone domini, in monte cap. 27. & 28. & refertur. c. idoloratria. 28. quæst. 1. ubi, *Quia exceptam dominus fecit causam fornicationis: quam fornicationem generalis, & vniuersalem intelligere cogimur. Causa ista quoque fornicationis eam dimittit, velut si aliquem cogat vxor sacrificare. id est. Quia talem dimittit, causa fornicationis eam dimittit.* Idem docent Host. casu. 1. de diuort. vbi Ioan. Andr. n. 2. Anton. n. 8. Abbas in fine. Anchar. nu. 2. Cardin. nu. 1. Alexander de Neuo. n. 7. Præpositus, nu. 2. idem Abbas cap. fin. n. 1. in fine, de coniug. coniug. Supplementum Gabrielis. 4. d. 35. q. vnica. n. 2. concl. 2. Monaldus summa de matri. tit. de diuortio. §. an possit vtriusque reconciliari sibi vxorem adulteram, paulo post principium. Rosella, verb. impedimentum, impedimento. 9. num. 9. & verb. diuortium, num. 13. vbi Sylu. quæst. 10. Turrecremata. 32. quæst. 7. in summa, art. 1. num. 7. Brunellus de Sponsal. conclus. 30. declaratione. 8. nu. 12. Petrus de Soto lea. 12. de matri. ad finē. Castro lib. 2. de lege penali cap. 4. §. vt notram. Franciscus Marcus de cisione. 42. 6. num. 6. par. 2. Barbosa rubrica. ff. de solu. matri. n. 2. p. num. 18. Et fauet Glossa cap. 2. de diuort. verb. vel alio. Alij tradunt aliam rationē, quod heresis sit contra bonum prolis, sicut fornicatio carnalis. Non enim educatur proles in vero Dei cultu à parente hæretico. Item contra animorum coniugationem, sicut carnalis contra corporum. Ita. D. Thom. 4. dist. 35. quæst. vnica, art. 1. ad. 3. & ibi Palud. quæst. 1. art. 1. concl. 2. num. 7. Astenfis summa. 2. p. lib. 8. tit. 1. ar. 3. q. 10. Tabiena matrimonium. 4. q. 2. n. 3.

9 Ceterum quauis has posteriores rationes congruentiam quādam importare existimem. Nullo tamen modo persuadere mihi possum huius rationem legitimam esse, quod heresis sit fornicatio spiritalis, & minus credo nomine fornicationis comprehensam esse à Christo Matth. 5. & 19. sed ille locus de sola fornicatione car-

nali accipiendus est. Quod inde probatur, quia vna, & eadem res diuortio iure centeri non debet, quia circa de priuileg. At latissimē distinet diuortium ob heresim à diuortio ob fornicationem carnalem. Ergo sub vna causa diuortij, quæ est fornicatio, non debuit carnalis, & spiritalis comprehendi. Secūdo, quia Christus de diuortio perpetuo sermonem fecit, & de vnico adulterio, tanquam eius sufficienti causa. Quæ in heresi minime verificantur, vt n. 11. & 12. dicemus. Tertio, quia c. 2. de diuort. expressè traditur ratio huius, periculum perueniōnis coniugis Catholici. Quæ ratione data consonant omnes differentię, quæ tradi solent inter diuortium causa vtriusque; fornicationis celebratum, vt n. 11. & 13. videbimus. Et ideo ratione legitimam huius diuortij esse hoc periculum, nec comprehendit heresim sub fornicationis nomina, sed solam carnalem, docent Abulen. c. 19. Matth. q. 70. Sotus. 4. d. 36. q. vn. ar. 1. ad. 2. Veracruz. 3. p. Speculi, art. 1. concl. 3. Palacios. 4. d. 35. disp. vnica, col. 2. vers. si filius colliges, & d. 27. disp. 2. col. 2. 9. in solutione ad. 14. fol. 606. Bellarminus lib. 1. de matri. c. 14. §. sed hæc disputatio. Et hanc rationem periculi tradit Enriquez lib. 1. de matri. c. 17. n. 6. Et hæc quidem ratio, si sit certa, & legitima est, dum non accessit sententiæ Ecclesie hæreticū coniugem damnans; & ideo si tunc respiciat, est necessarius ad consortium coniugale ab ipso catholico admittendus. Vt dicemus. n. 13. sed et post sententiā Ecclesie, licitū sit diuortium perpetuum, nec Catholicus tenetur admittere hæreticum, licet maneat ipse Catholicus in seculo (vt dicemus. n. 19.) aut saltem velit ad religionem transire: iuxta comunem sententiā. nu. 18. referendā, quantumvis hæreticus tūc emē datus sit: in quo casu iam cessat periculum: necessarius est reddenda alia ratio talis diuortij perpetui, quod post hereticū dānam rationem est licitum. Et eam existimo esse, quod Ecclesia in penam hæresis, faciat ius coniugii Catholico in perpetuum diuertendi ab hæretico etiam respicienti. Et ita hoc diuortium esse potissimum, ait Castro lib. 2. de iusta heret. p. 1. q. 1. capite. 7. nam eō ipso quod aliquis heresis damnatur, est priuatus omni iure quod in aliquem habeat, atque abfoluuntur subditi ab omni debito fidelitatis. Vt constat ex cap. finali, de heret. in. 6. lib. 1. abfolutos se nouerunt à debito fidelitatis, domini, &

rentiam Ecclesie solum temporale, dum manet pertinacia in heresi, vt num. 11. & 13. explicuimus. Quare verius est quod dixit Abulenſis. c. 19. Mat. q. 76. corpore paulo post principium, vers. dicendum quod vtrumque, nempe, catholicum sic professum posse reuocari ab heretico respicenti. Quia professio non valet: cum nec reus, nec Ecclesia facultatem concesserint. At coniugem sic reuocatum non posse petere debitum, nec eo matrimonio morte soluto, aliud intrare: teneri tamen reddere. Quia votum castitatis quod emisit in professione, in sui praedictum tenuit. Sicut in simili de coniuge absq; licentia alterius professi, deciditur. e. quidam. & c. placet, de conuers. coniug. Atq; idem prorsus dicendum est, si coniux ille catholicus ante heretici damnationem, esset ordine sacro initiatus. Quia eadem est omnino ratio.

15 Potissima autem difficultas in presenti disputanda, est de catholico iam iudicio Ecclesie separato ab heretico. Quamuis enim Doctores conueniant (vt diximus. n. 13.) quando nondum lata sententia recessit, teneri illi ad heretici respicentis admissionem. At quando iam lata est sententia, valde dissidet. Anam huius discordiae praebent duo textus, qui secum pugnare videntur. Alter est. e. finale, de conuers. coniug. ibi. *Mulier que in fide remansit, potest uolente viro, qui ab infidelitate reuertitur, propter quam ab eo fuerat iudicio Ecclesie separata, ad religionem liberè conuolare.* Vbi nomen infidelitatis intelligit textus heresim, aut apostasiam à fide. Vt restantur ibi glossa, verb. remansit. Host. ibi, initio. Abb. ibi, initio, in casu postione. Cardin. n. 2. oppositione. 1. vbi solum videtur concedi libera facultas coniugi catholico, transeundi ad religionem, lata iam sententia. Alter vero est. e. de illa, de diuor. ibi. *De illa, que a viro suo labente in heresim, ipsius consortii sine iudicio Ecclesie declinavit, videtur nobis quod mulier ei cum reuersus fuerit, est reddenda: que et si reuertit uoluerit, compellatur: si vero iudicio Ecclesie ab eo recessit, ad recipendam eum, nullatenus dicimus compellendam.* Vbi absoluta conceditur catholico facultas diuertendi praemisso Ecclesie iudicio.

16 Quatuor in hac disputatione opiniones inuenio. Prima ait correctam esse distinctionem traditam. e. de illa, de diuor. inter coniugem propria auctoritate, aut iudicio Ecclesie diuertentem, per. e. quanto, in fine, eodem tit. ac proinde in vtroque; euen-

tu esse compellendum catholicum admittere coniugem ab heretico respicentem. Ita Goffredus summa, tit. de conuersione infidelium. n. 4.

17 Secunda sententia sic distinguit, si eorum catholicus ante Ecclesie sententiam diuertat, tenetur in vtroque foro hereticum emendatum admittere: & similiter si hic vnus aut alterius heresis damnatus sit: si autem variè, & iteratè heresis sit condempnatus, non tenetur illum iam respicentem statim admittere, sed biennium expectandum erit, vt experientia ipsa plenam correctionem comprobet: quabiennio comprobata, tenetur catholicus in vtroque foro cum sibi reconciliare. Quod si intra biennium signa plenae emendationis minime praebat, integrum erit catholico ad religionem, ordinemve transire. Fundamentum huius sententiae me prorsus later. Eius sustinet Enriquez lib. 11. de matrim. c. 7. n. 6. & refert pro illa in commento, littera X. Paludanum, Syluestrum, & Ledesinam, qui in locis per illum allegatis id non dicunt, nec alibi inueniunt. Refert etiam Victoriam, Mantium, Theologos, & Iurisperitos consultos sic sensisse.

18 Tertia sententia quae communis, & valde probabilis est, asserit Catholicum propria auctoritate recedentem teneri redire ad hereticum iam emendatum, diuertentem autem iudicio Ecclesie praemisso, ad id non obligari, si velit religionem ingredi, secus si velit in seculo manere. Ductum per. e. finale, de conuers. coniug. vbi diuertenti prauius eo Ecclesie iudicio non conceditur plena libertas, sed limitata, vt ad religionem transeat. Ergo à contrario sensu ad eam non transiens minime eximitur ab obligatione coniugali. Quod si opponatur. e. de illa, de diuor. vbi plena exemptio conceditur. Respondet Glossa eo. c. de illa, in fine, id corrigi quod hoc, per. e. quanto, in fine, eodem tit. & per. d. c. finale. Hanc sententiam tenent glossa eo. c. finali, verb. iudicio, & d. c. de illa, in fine, & d. c. quanto, in fine. Hostiensis summa tit. de diuor. n. 12. in fine. Et d. c. fin. n. 1. in fine, & d. c. de illa. n. 2. & d. c. quanto, in fine. Abbas antiquus, Philippus, & Jacobus, quos refert, & sequitur Ioan. An. d. c. quanto, nu. fin. & d. c. de illa. n. 3. Anton. d. c. fin. nu. 3. Iun. d. c. n. 4. ad finem, & d. c. quanto, nu. 11. & d. c. de illa, nu. 4. vbi Anchar. n. 5. Alexander de Neuo. n. 3. & Cardinalis. d. c. quanto, n. 3. vbi Henricus,

n. 7. Praep. d. c. de illa. n. 7. & d. c. quanto nu. 5. in fine. Astenſis summa. 2. p. lib. 8. tit. 21. ar. 2. q. 14. Supplementum Gabriels. 4. d. 32. q. vnicar. 2. concl. 6. Abulenſis. c. 19. Mat. q. 76. corpore, vers. dicendum quod vtramque. Sorus. 4. d. 39. q. vnic. art. 4. ad. 3. Iulius Clarus lib. 3. receptorum. §. heresis n. 15. vers. item propter heresim. Veracruz 3. p. Speculi. ar. conelu. 5. Palacios. 4. d. 39 disp. vnic. col. 7. fol. 783. Surdus de alimentis, tit. 7. q. 21. n. 7. Angles floribus. 1. p. de matrim. q. 12. de disparitate cultus. artic. 2. post. 7. dubium, diffie. 2. Ludouizus Lopez. 2. p. instruct. de matrim. c. 53. §. licet matrimonium, & c. 54. vbi de diuortio, in genere, vers. notandum est autem breuiter. Graffus. 2. p. decisionum, lib. 1. c. 12. n. 73. Barthol. à Ledesma de matrim. dubio. 54. §. penul. Mahuel. 1. tomo summa. 2. editio me. c. 210. n. 2. col. 62. Vega. 1. tomo summa. c. 89. casus. Cañedo summa sacramentorum. vbi de matrim. c. 7. ad fin. Et censent esse probabilem Ricardus. 4. d. 39. ar. 2. q. 1. Et Tabiena matrimonium. 4. q. 1. vbi hanc, & sequentem opinionem referunt in numero opinionum, & neutram decidunt. Praecedem referuntur à Barbosa rubrica. 2. p. nu. 9. §. soluto in ter. Buriatus, Rojas, Simancas, Franciscus Marcus, sed eam minime tenent.

19 Quarta opinio (cui tanquam multo probabiliori adhaerco) asserit id distare inter catholicum recedentem à coniuge heretico absq; iudicio Ecclesie, & recedentem eo praemisso, vt in priori casu tenetur illum emendatum, ad consortium coniugale admittere: in posteriori vero minime, sed possit liberè ab eo diuertere, ac possit adulterio carnali ab altero perpetrato. Probatu primo ex. e. fin. de haeret. in. 6. vbi fidelis absoluitur omnino à debito fidelitatis, & obsequij debiti heretico iam damnato. Ergo non tenetur coniux fidelis ad debitum coniugale, & cohabitationem heretico contra iuramentum matrimonij debita, vbiis damnatus fuerit. Secundo ex. e. de illa, de diuor. cuius verba retuli, nu. 15. vbi haec sententia apertis verbis deciditur. Nec corrigitur per. e. quanto, de diuor. quod in diuerso casu loquitur, nēpe, quando mulier proprio iudicio separata est à viro heretico, & idē cogitur ad eum poenitentem redire. Quamuis hoc nō suis clarè ibidem exprimitur, sed per coniecturas elici debeat. Nec etiam corrigitur per. e. finale, de conuers. coniug. quo-

niam id potius hanc sententiam probat, vt statim ostendam. Deinde, quia argumentum ex illo desumptum à contrario sensu, nil probat ad iuris alterius correctionem inducendam, vt ex multis probat Euerardus in suis topicis, loco à contrario sensu n. 4. Tercio, quia apertissimè videtur haec sententia decisa. e. fin. de conuers. coniug. quo praecedens sententia inuitur. Ibi enim in poenam heretici iam damnati conceditur Catholico liber transitus ad religionem: ac proinde ad eum cogendum nō est: sed dabitur optio, nōm vellet trāsire, an potius in seculo vitam à coniuge heretico reconciliatè separatam traducere malit. Vnde non expressit Pontifex licere matrimonium liberum ad religionem, quasi ad eum solum euentum contractus diuertendi facultatem: sed expressit casum difficultiorem, supponit minus difficilem. Si enim solum diceret eximi catholicum à debito reddendo: non inde sequeretur licentia transeundi ad religionem. Quippe ratione asinuat, aut cognationis spiritualis, amittit illa contrahens ius exigendi, ita vt alter nō tenetur illi reddere (vt dixi lib. praecedenti, disp. 6. n. 8.) eum tamen non sit integrum huic se libero ab ea obligatione, migrare ad religionem. Ar vero dicens posse catholicum se liberè religioni dedicare, supponit necessariū ad omnino exemptum esse ab omni obligatione coniugali, siue reddendi debitum, siue cohabitandi. Haec enim obligatio obstat ingressui religionis, vt potest qui impediret executionem huius obligationis iure debitae. Quare ex ratione generali, quia turis correctio tanquam odiosa est vitanda, in quantum fieri poterit: eum dilectus, vers. ceterum, de consuetud. & iura cocondare oportet. l. vnica. C. de in offic. ditoribus. Et decreta posteriora vbi expressè prioribus non aduersantur, sunt ex illis supplenda, & intelligenda, quō legum correctio vitetur. I. sed & posteriores, iura d. gl. vers. pertinēt. ff. de legibus. Quae ad hoc uersa sunt, vt gratia praedictae correctionis vitanda, & verba ad improprium huiusmodi sententiam, vt tradunt Anton. c. e. dilectus. n. 15. de consuet. vbi Immo. n. 12. Abb. e. eum olim in fine, de sentent. & re iud. Felinus. c. non potest, eodem tit. n. 8. vers. limita dupliciter. Alex. conf. 81. n. 12. lib. 4. Berouins. c. quoniam. n. 37. de interpretatione. Nēdum ea correctio vitanda erit, vbi seruata verborum proprietate car-

ueri potest, vt contingit in presenti. Et confirmatur, quia saltem negari nequit verba textum esse dubia, quo in euentu, in o hoiis, quale est iuris correctio, verba in benignior. in partem intelligenda sunt. Regula, in pennis. 49. de regulis iuris, in 6. Quod si roges, causam praedictam differentiam: ea est, quod ante Ecclesiae sententiam, causa diuortij sit solum peruersionis Catholici periculum: ea vero sequuta, poena qua haereticus damnatur (vt numer. 9. ostendimus.) Quia ergo haereticus emendatio cessat id periculum, non vero poena semel iam incurfa, inde est vt cesset diuortium ante sententiam factam, non vero illam sublequens. Adde Ecclesiam minime permittere, quatenus poenis haereticis plene ante sententiam. cum secundum leges, in fine, de haeret. in 6. Cum ergo diuortium perpetuum sit haereticis poena, id non sustinetur donec Ecclesiastica sententia accedat: ac subinde solum datur Catholico diuertere tempore, quo periculum manet (pro ut naturalis sibi concedit, eo que cessant per haereticum correctionem, cogitur redire: donec Ecclesia condemnent haereticum. Et deo hanc sententiam, sicut & praedictam censent esse probabilem, Ricardus, & Tabiena, nu. praecedenti, in fine allegati (vt ibi notauimus.) Eandem videtur tenere Abb. obsecr. loquens, cap. de illa, in fine, & cap. quanto, in fine, de diuort. Et ita eum intelligit Couar. statim allegandus. Et eam sustinent Laurentius relatus a Glossa capit. quanto, in fine, de diuort. Monaldus summa, vbi de matrim. tit. de dispari cultu, vers. penultimo. Angelus matrimoniu. 4. in fine principij. Almain. 4. d. 31. q. vnic. Abulensis. c. 19. Matth. q. 73. in fine corporis, & q. 73. paulo post principium. Castro lib. 2. de iusta haeret. punitione. c. 7. Couar. 4. decret. 2. par. c. 7. s. 5. num. 5. Matienso lib. 5. recop. tit. 1. rubrica, glossa. 1. num. 80. Barbosa rubrica. 2. p. nu. 20. ff. soluto matrim. Graffus 1. par. decisio num. lib. 2. c. 84. num. 16. & p. 2. lib. 1. c. 12. n. 22. Ludouicus Lopez. 2. p. instrum. de matrim. c. 54. vbi de diuortio quoad habitationem, paulo post principij, vers. quartus casus. Et videtur tenere Rojas de haereticis. 2. p. assertion. 40. n. 235. vbi absolute docet virum minime cogendum esse habitare cum vxore reconciliata, per. c. de illa, de diuort. Et refert pro se Couar. & Castro, qui sunt auctores huius sententiae: vnde aperte est eiusdem opinionis.

Eandem videtur tenere Simancas de Catholico. instr. c. 40. nu. 16. vbi id ipsum ait quod Rojas, & subdit quin etiam posse Catholicum altero coniuge inuito ad religionem transire: vbi tanquam quid minus videtur supponere posse illum manere in seculo. Et idem videtur tenere Valentia in suis controuersijs, lib. 1. de indissolubilitate matrimonij, cap. 6. vbi ait concedi Catholicum ius perpetui diuortij, quando discedit ex peculiari iudicio, & sententia Ecclesiae.

Rogabis autem, quando dicitur Catholicus separatus ab haereticis, auctoritate, ac iudicio Ecclesiae, ita vt illi etiam si penitentia duos ad Ecclesiam gremium redierit, minime teneatur admitti, iuxta dicta. n. praecedentia, scilicet, ad id specialis sententia diuortij desideretur? Quam. 4. d. 29. disp. vnic. ca. propositio. 13. dicit tunc esse hanc sententiam, quando haereticus in absentia damnatur, ac eius statuta comburiunt. Quare si per inquisitiones reconciliatus sit, tenetur Catholicus eum recipere. Sed haec sententia caret fundamento. Ideo dicendum est minime desiderari specialem diuortij sententiam, sed iudicium illud Ecclesiae requisitum, nil aliud esse, quam sententiam iudicis Ecclesiastici, qua declaratur illum esse haereticum, qua sententia data sine vltiori separationis sententia, integrum est Catholico omnino diuertere. Et ratio est manifesta, quia cum diuortio hoc sit quaedam poena haereticis consequens (vt nu. 13. probauimus) eo ipso quod coitus sententia iudicis declaratur haereticus, datur haec poena, sicut & amissione honorum, & ceteris haereticorum. Ita docent Castro, & Couar. in precedenti allegati. Barbosa rubrica. 2. p. n. 21. & 22. ff. soluto matrim. Graffus. 1. p. decisio num. lib. 2. c. 84. n. 16. Ludouicus Lopez. 2. par. instrum. de matrim. c. 54. vbi de diuortio quoad habitationem, paulo post principij, vers. quartus casus. Enriq. lib. 1. de matrim. c. 17. n. 6. Et clare videtur tenere Sotus. 4. d. 39. quest. vnic. art. 4. ad 2. vers. si vero talis, vbi haec ait. Si vero coniux fuit publico Ecclesiae iudicio haereticus damnatus, ac subinde a coniuge separatus. Vbi clare hanc separationem ponit tanquam consequentem necessario ipsam sententiam, qua haereticus declaratur. Et vers. verum vero, vbi ait diuortium hoc fieri iudicio Ecclesiae condemnantis haereticis coniugem. Hoc temperat Barbosa eo. n. 21. & 22. vt sic intelligatur, aut enim Catholicus petijt diuortium propter haereticum

alre.

alterius, & lata est diuortij sententia: & tunc res est manifesta nil aliud desiderari: aut non interuenit haec expressa separatio: & tunc exigitur vt publica sententia declaratur coniux tanquam haereticus. Quare si in occulto coniux haereticus reconciliatur per inquisitores, vel quia haereticus est occulta per accidens, quia nimirum, fuit externa, ac probari nequit: vel ob aliam iustam causam, tunc ea sententia non satis est vt liceat Catholicus perpetuum diuortium, tanquam iudicio, & auctoritate Ecclesiae factum. Quia in his euentibus Ecclesiae non vult illum coniugem publice reputari tanquam haereticum. Allegat pro se Sotus. 4. d. 39. q. vnic. art. 4. ad 3. vers. si vero talis, vbi non dicit expressis: ac fauet huic sententiae, ait enim diuortium hoc Catholico indulgeri ad eandem infamiam facti, quae contrahitur ex cohabitatione cum haereticis reconciliato. Sed haec limitatio non placet, si enim re vera per sententiam declaratur coniux haereticus, & ac talis habitus penitentium induatur, & reconciliatur, quantumuis in occulto id fiat, verificatur praedictae Ecclesiae iudicium, & sententiam declarantem haereticum quam declarationem, statim eo ipso necessaria quadam sequela sequuntur poene haereticis iure statuta: inter quas diuortium hoc perpetuum numeratur.

Vtrum autem haereticus coniuge iam Ecclesiae sententia damnato, integrum sit viro Catholico ad ordines transire, sicut licet ad religionem: iuxta nostram sententiam, & etiam iuxta aliam, num. 18. relata? non constat inter Doctores. Quidam enim concedentes transitum ad religionem, negant transitum ad ordines. Ita Angles, & Cañedo. n. 18. allegati. Et Ludouicus Lopez. 2. p. instrum. de matrim. c. 54. vbi de diuortio in genere, vers. notandum autem est breuiter, dicit non ita certum esse posse ad ordines transire: & nil definit. Huius sententiae erunt a fortiori, qui ob adulterium carnale vxoris eam facultatem denegant viro. Quos & eorum rationes retuli hoc lib. disp. 11. n. 15. At dicendum est licitum esse eum transitum ad ordines. Quia iuxta nostram sententiam tunc est licitum omnimodum diuortium: sicut ratione fornicationis carnalis. Et ideo potest probari eisdem rationibus, quibus in ea disp. n. 16. probauit hoc in fornicatione carnali. Et Doctores ibi relati tradentes regulam generalem, vt liceat innocenti transitus ad

ordines, quoties licet ad religionem, sunt pro hac sententia. Si vero tenemus cum sententia probabilium. n. 18. relata in hac disp. asserenti non concedi absolutum diuortium altero coniuge haereticis damnato, sed in solo casu, quo velit Catholicus ad religionem transire: adhuc dicendum est posse similiter ad ordines sacros illum promoueri. Quia eadem videtur ratio, cum verobiq; sit perpetua status mutatio, cum obligatione castitatis perpetua. Atq; ita ex autoribus illius opinionis, ita docent Sotus, Palacios, Bartholomaeus a Ledesma, Manuel eodem. n. 18. allegati. Vega. 11. tomo summa. c. 89. casu. 3. & ex Doctoribus, qui nostram sententiam tenent, docet id ipsum Barbosa rubrica. 2. p. n. 20. ff. soluto matrim.

Nec oportet vt haereticus damnatus transiret ad religionem, voto ve castitatis asstringat in teculo, quod transitus ad illum liceat catholico. Quia facultas concessa catholico non debet vim aliquam haereticis coniugi reconciliato inferre. Deinde, quia c. finali, de conuers. coniug. dicitur posse liberè Catholicum ad religionem migrare: quod ei liberum minime esset, si exigeretur transitus haereticis coniugis. Si enim hic profiteri nollit, ille non posset profiteri. Nec valet, si dicas illum cogendum esse. Nam manere intra claustrum potest quis inuitus: professio autem inuita non potest esse valida. Quia sicut matrimonium carnale, ita & spirituale abq; propria voluntate consistere nequit. Et ideo ita tenet Sotus. 4. d. 39. q. vnic. art. 4. in solutione ad 3. Et idem ob eandem rationem dicendum est, si velit Catholicus ad ordines transire. Nil enim desideratur ab haereticis damnato efficiendum.

Nec audiendi sunt Ioannes Andreas. c. 3. fin. n. 2. & Anchar. n. 4. de conuers. coniug. limitantes hanc facultatem concessam catholico diuertendi post sententiam damnantem haereticum: nisi correctio haereticis praecedat sententiam. Quare hoc discrimen constituunt inter fornicationem carnalem, & spirituales. Quod ob illam, etiam praecedenti emenda adulteri, potest ferri sententia diuortij: ob hanc vero minime. Probant per cap. non solum. 28. q. 1. & dicunt colligi ex eo. c. finali. Sed hec limitatio tanquam fundamentum destruita, non est admittenda. Quia id caput finale absolutam, & liberam concedit facultatem Catholico separato iudicio Ecclesiae: & similiter

cap.

cap. de illa, de diuortio. Atq; Doctores, nu. 18. & 19. allegati, absolute loquuntur. Deinde, quia hoc diuortium est pœna hæresis, (vt. n. 13. diximus.) At nullam aliam pœnam euitat hæreticus ante sententiam emendatus. Cur ergo hæc iustabit? Nec, e. non solum, quod pro se allegat, probat aliquid: solum enim docet. D. Aug. author illius, recedendum esse à coniuge in hæresi persistenti. Quod si inde à contrario sensu ducatur argumentum, vt redeudum sit ad hæreticum iam emendatum: vt vim habeat id argumentum, & ne contraueniatur de cõsoni. d. c. finalis, & d. c. de illa, intelligendum est, donec sententia Ecclesie accedat, qua existente licitum erit Catholico diuortium, quantum emendatio hæretici sententiam præcesserit.

24 Rursus de ipso hæretico damnato, num possit ad religionem, ordinesve transire, inuito Catholico, aut saltem eius manentis in seculo licentia obtenta, controvertit inter Doctores est. Quidam enim asserunt teneri eum hæreticum sic damnatum redire ad Catholicum petentem vt redeat: nisi iam hæreticus professus esset, vel ordines suscepisset: atq; ita supponunt id posse illum absq; Catholici licentia effecere. Sicut etiam in adulterio carnali contingit. Non enim potest adulter, qui post latam diuortij sententiam professus est, aut ordinibus sacris initiatus, ab innocenti reuocari. (Vt ex aliquorum sententia retulimus hoc lib. disp. 10. n. 10.) Atq; ita docet Angelus matrimonium. 4. n. 3. Tabien. matrimonium. 4. q. 5. nu. 6. At sicut in adulterio carnali diximus ea disp. 10. nu. 12. & 13. non posse adulterum nec ante, nec post latam diuortij sententiam, statum mutare inuito innocenti, imò nec sine eius licentia: ita id dicimus in spirituali. Imò quantum in carnali, opposita sententia esset vera: non haberet locum in spirituali. Quia in illo dicunt Doctores illius sententia, coniugem innocetem, ad cuius infantiam fertur diuortij sententia, cedere iure suo, illam petendo, tacitamq; concedere licentiam adultero mutandi statum. Quod in adulterio spirituali dici nequit. Quoniam pœna diuortij imponitur propter delictum hæresis, ipsamq; necessario comitatur, ubi sententia declaratum fuerit, licet nil petat Catholicus. Præterea potest hoc probari eisdem rationibus, quibus id in adulterio carnali probauit. Et idem ita sentit Syl. verb. diuortium. q. 10. ubi Armill. n. 8. Sotus. 4.

d. 3. q. vnica, ar. 4. ad. 3. versic. fi. verò sciliciter. Palacios. 4. d. 35. Disput. vnica, col. 7. fol. 783. Barbosa rubrica. 2. p. n. 2. ff. soluto mari. Bartholomæus à Ledesma dubio. 54. de matrim. §. penult. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 230. nu. 2. concul. 2. Vega. 1. tomo sum. c. 89. casu. 3. Vnde bene inferunt Syl. & Palacios, aliter ingredientem in religionem posse à Catholico reuocari. Quia id non potuit efficere in præiudicium Catholici. Et professio sui nulla, vt bene ait Palacios. At tenebitur seruire castitatem non petendo debitum: & post solutum illud matrimonium, non in eod aliud. Vt in simili dicitur. c. quidam, & c. plecer, de conuers. coniug. & idem profusus dicendum est, si Catholico inconsulto hæreticus ille ad sacros ordines promotus fuisset. Est enim eadem ratio. Imò Sotus, Bartholomæus à Ledesma, Manuel, Vega ibidem, dicunt non satis esse licentiam Catholici, vt hæreticus ille post sententiam possit ad religionem transire, sed desiderari vt ipse quoq; Catholicus transfear. Nec miror eos ita opinari: cum enim non concordat absolutum diuortium in eo euentu, nisi catholicus ad religionem transfear (vt. n. 18. retulimus, nil mirum, si censent non satis esse licentiam Catholici manentis in seculo, vt licitum sit hæretico ingressus religionis. At cum lata sententia aduersus hæreticum, concesserim Catholico diuortium perpetuum (vt probauit. n. 19.) Existimo sufficere licentiam Catholici manentis in seculo absq; quocunque voto, vt possit is hæreticus statum mutare, proficendo in religione, siue assumendo ordinem sacrum (intelligo ex parte iniuriæ coniugio inferendæ: non enim tracto de irregularitate contra facta ratione sententia ad ordines assumendos: & semel iam statu mutato non posse eum à Catholico reuocari. Vt dixi ea disp. 10. n. 15. An verò semel data licentia possit re integra reuocari, & sufficit Catholicus scire, & nõ contradicere, vel si Catholicus monitus nolit admittere hæreticum? Consule dicta ea disp. 10. n. 14. & 16. in fornicatione carnali: eadem enim dicenda existimo in hac spirituali. Quia quoad hoc eadem est ratio. Cum in hac post latam sententiam detur diuortium perpetuum in pœna hæretici, & fauorem Catholici. Vnde concludo cum Syl. verb. diuortium. q. 10. & Armilla ibi. nu. 8. in duplici casu posse illum hæreticum iam damnatum transire ad reli-

gionem. Prior est, obiecta Catholici licentia. Posterior, si iam ipse Catholicus sit professus. Ego addo, vel iam ordines sacros suscepit. Quia eadem est ratio.

25 Verum autem detur cõpensatio, utroq; coniuge damnato hæresis, vel altero sic damnato, altero verò adulterij reo, ita vt neutri diuortium liceat? Sermo est habendus tota disp. sequenti.

26 Tandem videndum est, nû copula sponte à Catholico habita cum hæretico, post notitiam hæresis, sit condonatio: ita vt amplius non liceat diuertere? Et videtur vera pars negans. Quia diuortium hoc est pœna hæresis, atq; ita videtur non posse expressè etiam remitti à Catholico, nedum tacitè per copulam. Sicut si coniug. & finitatem contra facta cum altero coniuge, coniug. innocens, petens ab eo debitum, non censetur remittere pœnam, qua alter à debiti peritio: ratione affinitatis arceatur: eod quòd nec expressè possit illam remittere. Vt dixi lib. 10. disp. 6. nu. 9. Caterum sic distinguendum existimo. Si copula habita est ante sententiam, qua hæreticus cõdemnatur, nullo modo est condonatio, nisi expressus animus condonandi adesset: condonandi (inquam) ius diuertendi quod post sequutam sententiam competet. Quippe nondum ius diuortij acquisitum est Catholico, ac proinde nil est quod remittat: nisi expressus animus ferretur in ius futurum. Remissio enim ex natura sua ad præsens, vel futurum debitum fertur. Ius verò recedendi ad tempus, quo pertinacia in hæresi durat, remittere nequit Catholicus. Cum ratione periculi teneatur recedere (vt diximus, nu. 5.) Si autem is animus expressus adesset, valeret condonatio: etiam si sola mente fieret, nec expectaretur hæretici acceptatio (vt in fornicatione carnali probauit disput. præcedenti, nu. 2.) Nullam enim rationem discriminis quoad hoc inuenio inter veramq; fornicationem. Cum in vtraq; sit fauor innocentis liberatus diuertendi, manenteligo hæretico: ac proinde vt id matrimonium restitueretur, sufficit Catholicum cedere iure suo. Nec obstat argumentum ductum ex affinitate contra facta. Quia ea pœna ita est pœna, vt nullo modo sit in fauorem alterius coniugis, quare ipso inuito potest Episcopo dispensante id impedimentum auferri. At in fornicatione carnali, & spirituali ita est pœna adulterij, vt sit etiam fauor innocentis. Quod in adulterio carnali: con-

ditate & de spirituali probatur, Indulgetur enim id diuortium Catholico, ad cauendam infantiam facti, quam contraheret habitando cum hæretico. Vt bene ait Sotus. 4. d. 39. q. vnica, ar. 4. ad. 3. versic. fi. verò talis. Vnde inuito nequit id impedimentum tolli. Quando autem copula adesset post sententiam, si esset animus non condonandi, nõ esset condonatio, nec teneatur Catholicus reuocare ad pristinam amicitiam il. u. hæreticum, nec fictio illa culpam veniale exte deret (vt de fornicatione carnali dixi disput. præcedenti. n. 23.) & omnia ibi dicta, sunt hic dicenda. Si tamen esset animus condonandi, manifestum est ex proximè dictis esse condonationem. Nec tunc requiritur diuinita cogitatio iuris competentis ad diuertendum, sed satis est velle Catholicum reuocare ad consortium coniugale illum hæreticum, oblationi mandante in iuriam illi. & quæzta possit ipsa velle amicitiam coniugale. Quia id est virtute omnibus sibi competens ratione istius iniuriæ velle remittere (atq; ita) disput. præcedenti. n. 22.) Et hoc nisi errore ductus conciliationem faceret, existimans se ad eam teneri. Quia non esset spontaneus (vt etiam dixi disput. præcedenti. n. 16.) Deum h. neutrum animus adesset, nimirum, nec condonandi, nec non condonandi, tunc quantum in adulterio carnali existimari in disput. præcedenti. n. 21. esse condonationem. At contrarium existimo in fornicatione spirituali: nisi ille nosset ius diuortij sibi competens, & per copulam condonationem enim esse virtute condonare. Duor, quoniam in adulterio carnali, ratio diuortij est merajuria illata innocenti, & carnis diuisio, ac proinde copula & castus amicitia coniugalis, per quæ raro quasi diuisa iterum videntur, sequitur ex quodam naturali necessitate condonatio prioris iniuriæ, ubi contraria intentio non reperitur. Et ideo nõ tam exacta notitia iuris diuertendi, & condonationis, sequentis prædictos actus, ac tam expressè condonandi voluntas desiderantur (vt explicui disput. præcedenti. n. 21. & 22.) At in adulterio spirituali non est ratio diuortij iniuriæ alteri coniugali illata. Nam omnes subijti ab soluntur à debito fidelitatis seruanda hæreticis. e. fia. de hæret. in 6. Cum tamen illis nulla irrogetur iniuria. Sed potius maxima ratio est, quòd in pœnam fidelitatis Deo debita violatæ per hæreticum, absolutum, & subijti à fidelitate ipsi hæretico debita, vt

in quo deliquit, puniatur: ac proinde adus copulae, & amicitiae coniugalis, non eam habent connexionem cum huius iuris condonatione, sicut in adulterio carnali: propterea; exigitur maior notitia, & expressior voluntas, ut condonationes sint. Quam rationem differetiae, aut saltem esse discrimen in hac parte, colligo ex Soto 4. d. 3. q. 9. vnica, artic. 3. in solutione ad. 2. verius arguitur autem, ubi proponens argumentum ad probandum non posse coniugem ad fidem redeuntem, relinquere infidelitatem, post copulam subsequenter con-

uersionem. Sicut contingit in adulterio carnali, copula habita post illius notitiam. Respondet exemplum non omnino conuenire. Quoniam culpa fornicationis carnalis per carnalem copulam coniugis censetur condonata: fornicatio verò spiritualis minime. Vbi expressè Sotus differentiam in hac condonatione agnouit. An verò sit plena condonatio per copulam, quando coniux innocens fuit conscius adulterij carnalis, & non verò spiritualis, vel è contra? Dixi disput. precedenti, numer. 1. sine.

DISPUTATIO. DECIMASEXTA.

Verum detur compensatio, si uterque coniux adulterij spiritualis reus sit: vel alter carnalis, alter verò spiritualis: ita ut neutri diuertere liceat?

SVMMARIVM.

Proponitur duplex sententia circa compensationem inter fornicationem carnalem, & spirituales. n. 1. & 2.

Sententia Auctoris. n. 3.

Quid, si uterque coniux in fornicationem spirituales lapsus sit. n. 4.

Soluuntur argumenta. n. 5.

Circa compensationem adulterij carnalis cum spirituali, duplicem inuenio sententiam. Prima docet dari compensationem, si haereticus ad gremium Ecclesiae redire velit: (dum enim in haeresi pernix est, audiri nequit opponens exceptionem adulterij carnalis ab altero coniuge admissi, nec alteratione periculi tenetur cum eo habitare:) ac proinde respicienti haeretico, neutri coniugi licitum esse diuortium. Ducitur, quoniam utraq; fornicatio est sufficiens causa diuortij, idemq; quoad illud operatur (ut tota disp. precedenti dictum est.) Ergo a forio rīdem operari debet quoad reconciliationem. Proriora enim sunt iura ad eō iungendum, quam ad separandum. c. 1. in fine, ut lite nō contest. Secundo, quia idēdum uterq; coniux est adulterij carnalis reus, neutri datur diuortium: quia paria delicta mutua compensatione abolētur. Nec iure optimo alter alteri posset crimen quo ipsemet in seātus est, obijcere (ut probaui hoc libro, disp. 6. n. 1.) At eadem rationes

militant, altero existente reo adulterij carnalis, altero verò spiritualis. Et idēdum hanc euentur Goffredus summa, tit. de adulterij. n. 6. & tit. de diuortij. n. 14. ubi Hof. n. 10. & c. de illa, in fine, de conuers. coniug. Ioan. Andr. c. fin. n. 4. de conuers. coniug. & ibi Anton. n. 4. Abbas in fin. Anch. n. 3. Albericus in suo dictionario, liter. M. verb. matrimonium. 8. vers. quid si aliquis coniugum, ad finem. Ioannes de Friburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 22. q. 17. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 21. §. 6. vers. nota etiam. Syluester matrimon. 9. q. 8. §. 8. & verb. diuortium. q. 1. §. 14. ubi Rosella. n. vlt. Armilla. n. 9. Gregor. Lopez. l. 8. fin. tit. 2. p. 4. Gaeta repetitione. C. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 234.

Secunda sententia docet coniugem reū cuiuscūq; fornicationis carnalis, posse suū delictum compensare cum fornicatione spiritualiter, & repellere hunc petentē diuortium ratione adulterij carnalis, obijciendo ei exceptionem adulterij spiritualis ipsius: ac fornicationem spiritualiter non posse vti compensatione, quantumuis correctus sit, ratione adulterij carnalis: ac proinde adulterum carnaliter posse diuertere ab adultero spiritualiter, nimirum, ab haeretico per sententiam damnato: huic tamē minime esse licitum id diuortium ab illo. Ducitur, quoniam ad iustam compensationem desideratur aequalitas inter res compensandas: ac fornicatio spiritualis multo grauius

de-

delictum est quacumq; carnali. Non ergo aequum est, ut hęc delicta compensentur: sed qui fornicatione carnali in seātus est, tanquam leuioris criminis reus, poterit ea compensatione iuuari aduersus fornicationem spirituales perpetrantem: Quę tamē huic aduersus illum deneganda erit. Ita sentiunt Palud. 4. d. 35. q. 1. ar. 2. casu. 1. nu. 11. & ibi Supplementum Gabrielis. q. vnica, art. 2. post. 1. propositionem, casu. 1. (licet precedentem, & hanc sententiam referat, neutramq; definit.) Idem Castro lib. 2. de lege penali. c. 4. §. vt nostram. Gaeta re per. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 217. Ouand. 4. d. 35. q. vnica, propositione. 1. & ibi Palacios disput. vnica, paulo post principij. Qui tamē limitat, nisi haereticus sit occultus, adulter verò manifestus. Tunc enim (inquit) forsan dabitur hinc inde compensatio: eō quod adulterij ratione illius circumstantiæ aggrauetur: haeresis verò malitia minuat.

3 Neutra tamen sententia mihi placet. Nō prior, quia aut nondum lata est sententia aduersus haereticum: & tunc manifestū est non posse adulterum vti compensationem, obijciendo exceptionem illius haeresis. Quoniam ut ratione compensationis de negetur diuortium, allegato delicto illud petentis, desideratur vtriusq; coniugis delictum esse sufficientem diuortij causam (ut probaui hoc lib. disp. 6. n. 3.) ac haeresis ante sententiam nō est sufficiens causa diuortij, nisi ad tempus, dum deest emenda, & illa existente, nullo modo (ut dixi disput. precedenti. n. 19.) Non ergo datur compensatio adulterij cum illa haeresi, sed integrum erit haeretico nondum damnato diuertere ab adultero, non tamen è contra, nisi ad tempus, dum non corrigitur. Aut iam lata est sententia aduersus haereticum: quo in euentu vtraq; fornicatio est sufficiens diuortij causa: & in hoc casu absque dubio loquitur prior illa sententia. Et nec in hoc casu dari compensationem inde mihi suadeo. Quia longē diuersa est ratio diuortij in vtroq; delicto: in carnali enim fornicatione, est ratio, fides violata, & caro in aliam diuisa: in spirituali autem, quod in poenam haeresis damnata absoluitur Catholicus a debito fidelitatis (ut dixi disput. precedenti. n. 9.) Si ergo Catholicus adulter petat diuortium ratione haeresis damnatae, non poterit haereticus quasi compensatione vtens, obijcere illi fidem violatam coniugij per adulterium. Non enim adul-

ter tuetur se quod diuortij velit, violatione fidei coniugalis alterius, ut vel sic possit alter allegare eandem fidei violationem adulteri petentis diuortium. Sed intendit diuortium, eō quod haereticus iusta sententia illo damnatus sit in poenam sui delicti. Adulterium verò alterius, non tollit poenam haeretici. Sicut si dominus haeresis dā natus peteret debitum fidelitatis à vasallo, & hic responderet se ab eo absolutum esse propter haesum, nil conferret obiectio Domini contra hanc exceptionem vasalli, quod ipse vasallus à fide contractus defecisset. Quia absolutio illa à debito fidelitatis non confurgit ex fide aliqua homini praestita, violataq; sed in poenam haeresis. Atq; idēdum Catholicus adultero reiecta exceptione adulterij allegata per haereticum, erit licitum diuortium. Similiter si haereticus damnatus, & iam Ecclesiae gremio restitutus petat diuortium, propter adulterium Catholicum, nil ad rem facere videtur, si Catholicus illi opponat exceptionem poenae diuortij quam propter haesum incurrit. Poena enim coniugis haeretici non eximit Catholicum, à poena adulterio debita. Deinde, quia eū diuortij hoc comitetur iniuria, tanquam poena ex illa confurgens: sicut iniuria irrogata per haesum non compensatur iniuria adulterij, illa enim Deo inferitur, cui debita fides nō seruatur, hęc autem homini, nimirum, alteri coniugi, violando fidem coniugij: ita nec compensatur diuortium inde confurgentia. Quod si opponas, compensari duo debita eiusdem rationis, quantumuis iniurię, ex quibus promanant, non compensentur, sintq; diuersissimae. Vt si debeam Petro milleratione furti à me perpetrati, & ille totidem mihi, in satisfactionem iniurię corporalis, quam mihi intulit, aut eōq; patrem meum interfecerit. Respondeo diuersam esse rationem. Quia in debitis est aliquid necessarium tradendum creditori, & eūdem creditor mihi tantumdem tradere teneatur, datur inter huiusmodi debita compensatio. Frustra enim petitur, & esset circulus inutilis, quando aliquid statim restituendum est. l. dolo. 8. ff. de doli mali except. & regula dolo. 59. de regulis iuris, in. 6. At in diuortio nil tradendū est alteri, sed solum reus amittit ius perendi debitum, & habitationem mutuan, manēte illa iure innocens potēs reum inuitum sibi reconciliare. Quare ubi iniurię ex quibus diuortia manant, sunt diuersae

Cccc

ratio-

rationis, diuersisq; illata, sicut inter illas non datur compensatio, ita nec inter diuortia. Sed si Catholicus adulter velit ad hæreticum damnatum redire, potest ab ipso expelli: eo quod ob adulterium amiserit ius exigendi, & cohabitandi. Et similiter si hæreticus hanc reconciliationem petat, poterit adulter renuere. Quia hæreticus in pœnam priuatus est eo cogendi iure. Et vt exëplo res hæc clarior reddatur, magisq; cõprobetur, esto exemplũ huius. Si vterq; sponsus habeat iustam causam dissoluendi spõsalia, ac causæ sint diuersæ rationis, nõ dabitur compensatio, sed vtriq; integrum erit altero inuito resilire. Vt si sponsa fornicata sit, sponsus autẽ lepra laboret. Spõsa enim fidẽ petenti obstat propria fornicatio: sponsus autem lepra, ob quæ neuter fide sponsalium stare tenetur, cum ob diuersas rationes vterq; ius cogendi alterũ amiserit. Sic ergo contingit in presenti, eũ vterq; coniux ius cogendi alterũ ob diuersas naturæ rationes perdidit, liberũ erit vtriq; diuertere, nec dabitur hinc inde compensatio. Superest reprobare posteriorẽ sententiã. Quæ mihi displicet, eo quod ad diuortium non attendatur grauitas delicti in se, sed in ordine ad matrimonium (vt satis probauit hoc lib. disp. 6. n. 5.) At in ordine ad matrimonium est grauius adulterium carnale, maioremq; iniuriam illi irrogat, plusq; illi aduersatur. Vt ex multis probauit disp. præcedenti. n. 2. & 11. & docent etiam Allenis summa. 2. p. lib. 8. tit. 21. art. 2. q. 15. Abulensis cap. 19. Matth. quæst. 76. in sine corporis. Bellarminus lib. 1. de matric. 17. §. respondent nonnulli. Sordus de alimentis, tit. 7. q. 2. 1. n. 8. Si ergo ratione maioris grauitatis delicti non compensatur hæresis fornicatione carnali: bene tamen è contra: atq; adeo fornicatio carnaliter licet diuertere ab hæretico damnato, non tamen huic ab illo. Vt vult ea sententiã: potius contrariũ omninõ dicendũ esse. Vt in simili arguit Bellarminus ibidem, contra aliquos dicentes non esse cõsequens vt spiritali fornicatione dirimẽti matrimonium, corporalis dirimatur: eo qd spiritalis sit maius peccatũ. Atq; ita sit argumentũ ad maiori ad minus affirmatiue: quod nullius est momenti: vt ex multis tradit Euerardus loco ad maiori ad minus. n. 1. Quos redarguit ibi Bellarminus, quippe licet fornicatio spiritalis sit maius peccatũ in se, ac corporalis magis repugnat cõiugio; & id eo illa dirimẽti ma-

trimonium, à fortiori hæc dirimeret. Demũ ex his cõcludo meã sententiã esse, vt si hæreticus sit iam datus, possit liberẽ diuertere ab adultero, & hic ab illo, nulliq; dari cõpensatiõem inter hæc crimina existimo. Si autem damnatus sit, integrũ sit illi diuertere ab adultero: at adulter id nequeat, nisi dũ hæreticus non respicit: ita tamen vt ad ipsum respicientẽ redire teneatur, donec sententiã ipsum hæresis cõdemnans accedat. Quod satis probant rationes allatæ. Et ideo nõ dari cõpensatiõem inter huiusmodi fornicationes, docet Bald. c. 1. qualiter debet vasallus domino fidelitate: & manifestè idẽ sentit. l. 8. tit. 9. p. 4. vt bene agnoscit ibi Greg. Lop. verb. porfiando.

Imò existimo cõpensatiõem minimẽ dari, si vterq; cõiux in hæresim lapsus sit: atq; ita qui hæresis nõ est datus poterit omninõ diuertere à dånato, & recõciliari: hic autẽ minimẽ ab illo, nisi ad tẽpus dũ nõ respicit, & tenetur ad respicientẽ redire, donec cõdēnetur. Quia in condånato inuenitur sufficiens causa diuortij perpetui: in nõ condånato autẽ solũ ad tẽpus (vt cõstat ex dictis disp. præced. n. 19. & 20.) Si autẽ vterq; hæresis datus sit, integrũ erit vtrique altero inuito diuertere, donec mutuo consensu ambo ad priusmũ matrimonij statũ, & amicitia redeat. Quia nõ si eue inter duo adulteria vtriusq; cõiugis datur cõpensatiõ: ita inter hæc delicta hæresis. Nam diuortium ratione adulterij est prorsus in fauorẽ cõiugis innocẽtis, ita vt ipse solus hæc pœnã adultero insigere possit. Quare vbi alter nõ est innocẽs eo priuilegio minimẽ gaudet. At in hæresi nõ datur diuortium, principaliter, & directè in fauorẽ alterius cõiugis, sed in pœnã delicti, eo qd debita fide hæreticus nõ seruauerit Deo, punitur in eo in quo reus fuit, & ita absoluitur alter à fide cõiugali: ipsi debita (vt probauit disp. præcedenti. n. 6.) quannis indirectè, & (vt aiunt) cõsentitiue ea pœna cedat in alterius fauorẽ. At eo qd alter coniux eandẽ pœnã incurrit, nõ eximitur prior à pœnã, in quã semel incidit. Nul libi enim cautũ inuenitur, vt ius per pœnã amissum recuperetur altero obnoxio eius dẽ pœnã, sed vterq; pœna illa punitur. Nec illa pœna imponitur ab altero coniuge, vt cõtingit in adulterio carnali, in quo pœna diuortij, & priuatiõis iuris debiti exigendi, imponẽda est ab innocẽte (vt probauimus lib. 1. disp. 68. n. 4.) Sed impo-

nitor

nitur ab ipsa Ecclesia independentẽ à voluntate alterius coniugis. Quannis possit alter eam remittere recõciliando sibi coniugem damnatum. Quod si opponas iam delicta esse paria: ac proinde mutua compensatiõem abolenda. Respondebitur nu. sequenti.

Ad argumenta. n. 1. proposita respondeatur. Ad primũ neganda est consequẽtia. Quia hæresim esse sufficientem causam diuortij est iure statutum in pœnam, ac nullũ ius statuit eã pœnã aboleri, & compen-

sari adulterio alterius carnali. Ad secundũ die longè diuersam esse rationẽ, vt probauit. n. 3. & 4. Nec obstat delicta esse omninõ paria vtriusq; coniugis hæresis damnati, vt sic compensari debeant. Quia paria delicta mutua compensatiõem aboleri, intelligendum est, quando pœna delicti cor respondens est directè, & principaliter inflicta in fauorem alterius. Vt explicui nu. præcedenti. Argumentũ secundã sententiã nu. 2. propositum, est solum nu. mer. 3.

DISPUTATIO. DECIMASEPTIMA.

Vtrum propter alia crimina, præter adulterium carnale, & spirituale, quibus alteruter coniux implicatus est, integrum sit alteri diuertere.

SUMMARIUM.

Resertur duplex sententiã. n. 2.
Ob nulla crimina præter adulterium corporale, vel spirituale, quando coniux illis implicatus, non pertrahit alterum ad illa, est licitum diuortium n. 3.
An causa correptionis liceat tunc diuertere: n. 4.
Diuertere licet ob alia crimina, quando pertrahit coniux ad illa. Et enodantur. c. 2. de diuortijs. n. 5.
Idem, ob lenocinium viri. n. 6.
Idem, quando vir recipit viros proceres cũ periculo vxoris. n. 7.
Idem, coniuge reuente & habitare, nisi sub conditione peccandi. n. 8.
Quid, si vir aliat vxorem bonis ex furto, aut vitijs acquisitis: Et quando vxor & familia delinquant ea alimenta recipiendo. n. 9.
Non est necessaria iudicis sententiã ad hoc diuortium. n. 10.
Tenetur coniux diuertere ratione dicti periculi. n. 11.
Quid, si solum corporis periculum imminet ex vitijs alterius coniugis: remissive, numer. 12.
An sit perpetuum diuortium ratione huius periculi spirituales? Resertur sententiã affirmans. n. 13.
Contraria Auctoris. n. 14.
Soluuntur argumenta. Et enodantur cap. Idolatria. 28. q. 1. & c. omnes causationes. 32. quæst. 7. Et explicatur, qualiter idem verbum, seu eadem clausula ad diuersa relata,

possit ad vnum proprie, ad alterum verò improprie referri. Et quando clausula in fine posita referatur ad omnia præcedentia, numero. 15.

Cum sit de diuortio ratione adulterij corporalis, vel spiritualis. Iam de diuortio ob alia crimina agendum est. Et quidem aliqui admittunt diuortium ob alia crimina adulterio paria, quibus alter coniux implicatus est. Idq; potest probari testimonio. D. Aug. lib. 1. de sermone Domini in monte cap. 28. & refertur. c. idololatria. 28. q. 1. ibi, Ex quo intelligitur quod propter illicitas concupiscentias, non tantum que in stupris cũ alienis viris, aut feminis committuntur, sed omnino quaslibet, que animam corpore male vrentem, perniciose, turpiterq; corrumpunt, possit sine crimine, & vir vxorem dimittere, & vxor virum. Vbi apertè ob quodcunq; crimen concedit diuortium. Secundo auctoritate. D. Hieronymi Epistola ad Amadum, & refertur. c. omnes causationes. 32. q. 7. ibi, Quando viuit vir, licet adulter sit, licet sodomita, licet flagitiosus omnibus cooperatus, & ab vxore propter hæc scelera derelictus, maritus tamen est reputatus eius, scilicet, cui alterũ virum recipere nõ licet. Vbi. D. Hier. tanquam manifestum videtur supponere, posse coniugem ob alia flagitia dimitti. Nec obstat solutio glossæ ibi, verb. propter, dicitis derelictũ nõ de iure, sed de factõ. Quippe clausula ad diuersa relata,